

Sermo

nostra. Unde ysaac ait ad patres, gene-
 nis. xxiij. **E**cce ignis, scilicet carita-
 tis. et ligna, scilicet crucis. ubi est vi-
 ctima holocausti, supple nisi in me. q̄
 si diceret. quare differet utilitas passi-
 onis mee. **Luce. xiiij.** **B**aptismo ha-
 beo baptizari. et quomodo coartor usq̄
 dum perficiatur. **V**ictima holocau-
 sti fuit x̄pus pro nobis vincus et im-
 molatus. q̄ nihil pro se. sed totum p̄
 nobis est passus. holocaustum dicit̄
 totum incensum. **T**otum autem dicit̄
 cur pprie ut diuersitas rerum sine ali-
 qua contrarietate vnicum. **I**n perso-
 na namq̄ filij vnica sunt tria. **V**erbu
 caro et anima. **V**erbu se oobtulit for-
 mam serui accipiendo. caro in cruce
 patiēdo. anima ad inferos descēde-
 do. **H**oc holocaustum pascha dicitur
 id est transitus. non solum quia ipse
 x̄ristus transit in nouitate: sed etia
 q̄ nos ad transitum vocat in galilea:
 que transmigratio dicitur. **J**uxta il-
 lud **math. vlti.** **N**unciate fratri-
 bus meis ut eant in galileam. ibi me
 videbunt. ubi dicit bernardus. **Q**uid
 nos dicimus q̄ sacra dei resurrex̄
 pasche priuamus nomine: ut nobis
 sit in reditum magis q̄ in transitu.
Miximus hijs diebus compunctiōi
 et orationi grauitati abstinentie dedi-
 ti ceteroz negligētias ipsū sacro hoc
 quadragenario ieiunio redimere et
 diluere cupientes. cuius causa est ut
 redeamus de nouo in easdem. **S**ed a-
 matores huius seculi inimici crucis
 x̄pi tēpore quadagesimali ad instan-
 tes inhiant dies. heu ut liberius in-
 dulgeant voluptati. **P**rochodor pec-
 cādi ep̄s. ter minus recedēdi: facta ē re-
 surrectō saluatoris. **S**ic hōratis x̄pm

quingagesimusquartus

miseri quem suscepistis. venturo pa-
 ratis hospicium: confitētes pie cum
 gemitu castigantes corda elemosinas
 impendentes. et ecce susceptus per di-
 es. inimici immo exte compellitis.
 priores nequicias amplectendo. **Q**uid
 enim minus presenti debetur q̄ fu-
 turo. quid minus reuerentie temp̄
 resurrectionis erigit q̄ passionis. **L**eo
 vos ut manifestum est neutrum ho-
 norastis. **N**am si co npareremini et cō-
 regnaretis. et si cōmoriemini et conre-
 surgeretis.

Nunc videndum est qualiter epyle-
 iste sint edende. **E**oēdo sunt autem
 sicut lex precipit: cum panibz azimis
 et lactucis agrestibus. id est cum suc-
 co de lactucis expresso **P**anes autem
 azimi sunt bona opera que fiunt ex
 puritate intētionis absq̄ appetitu va-
 nitatis. **U**nde apostolus **1^o in fer-**
mento veteri: neq̄ in fermento mali-
cie et nequicie. Fermentum vetus est
luxuria: qua peccat homo in seipso.
fermentum malicie est auaricia: qua
peccat homo in proximum. ferment-
tum autē nequicie est superbia: qua
peccat in deum. De quolibet istoz
dicitur prima ad corinth. v. **Quod**
cu in fermenti totam massam corru-
pit. Lactuce agrestes sunt amaritu-
do penitētie: que quasi antidotuz qd̄
dam serpentis antiq̄ ui venenā depel-
lit. Dicunt autē agrestes. q̄ ex agro
nostri cordis debent colligi de cōsue-
ratione preteritorum delictorum.
Unde dicitur **ysaie. xxxviii.** **H**eco
 gitabo tibi omnes annos meos in a-
 maritudine anime mee.
Eriguntur etiam in nobis quatuor
 conditiones.